prodigia ex diuersis regionib; nuntiata referuntur. inter quae in macedonia
in puppe longae nauis lauream esse natam. T. quintius flamininus cos. aduer
sus filippum feliciter pugnauit in faucib; epiri fugatumq; coegit in regnum re
uerti. ipse thesaliam quae est uicina macedoniae socius etolis et athamani
bus uexauit. L. quintius flamininus frater cos. naualis proelio attalo re
ge et rhodiis adiuuantibus euboeam et maritimam oram achaei in ami
citiam recepti sunt; praetorum numerus ampliatus est ut seni crearent.
coniuratio seruorum facta de soluendis carthaginiensium obsidibus
oppressa est; duo milia D necati. cornelius cethegus cos. gallos insubres
proelio fudit. Cum lacedemoniis et tyranno eorum nicbi de amicitia
iuncta est; praeterea expugnationes urbium in macedonia referuntur.
ex lib. xxxiii. T. quintius flamininus procos. cum filippo ad cynocefa
las in thessalia acie uicto debellauit. L. quintius flamininus ille
frater procos. acarnanas leuca de urbe quod caput est acarnanum
expugnata in deditione accepit. pax petenti filippo grecia liberata
data est. Attalus ab thebis ob subitam ualetudinem pergamum trans
latus decessit. C. sempronius tuditanus praetor ab celtiberis cum exer
citu caesus est. L. furius purpurio et cl. marcellus coss. boios et insubres
gallos subegerunt. marcellus triumfauit. hannibal frustra in africa
bellum molitur et ob hoc romanis per epistulas aduersae factionis princi
pib; delatus propter metum romanorum qui legatos ad senatum cartha
giniensium de eo miserant profugus ad antiochum syriae regem secon
tulit bellum aduersus romanos parantem. ex lib. xxxiiii. Lex oppia quam
cn. oppius trib. pl. bello punico de fingendis matronarum cultib; tulerat.
cum magna contentione abrogata est. cum porcius cato auctor fuisset.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/cpl894/0163